



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 8. Accusatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Idem eisdem

Relapsi in hæresim sunt tradendi curia seculari, licet peniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis sacramenta penitentia & Euchari stia. hoc dicit. Domi. Cap. IIII.

† Eymer. 3. par. q. 100. & ibi dicit.

**D**UPER eo, † quod scriptum legitur, Ecclesia nulli claudit gremium redeuntis: quodque ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprii antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratum hæresim recidisse, seculari decernitur iudicio, sine vlla penitus audientia relinquendi: cum scripturæ huiusmodi videatur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit, per sedem edoceri Apostolicam postulat. Nos itaque inquisitioni vestra de fratrum nostrorum consilio respondeamus, quod taliter deprehensis, etiam si (vt dictum est) sine vlla penitus audientia relinquendi sint iudicio seculari: si tamen postmodum peniteant, & penitentia signa in eis apparuerint manifesta nequaquam sunt humiliter petita sacramenta penitentia ac Euchari stia deneganda.

Idem eisdem.

Excommunicati, participes, & socij criminis admittuntur in testes: contra hæreticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere, hoc dicit. Domi.

C A P. V.

† Eymer. 3. par. q. 64. 66. & 68. vbi dicit eo piasc.

**I**N fidei fauorem. † Concedimus, vt in negotio Inquisitionis hæreticæ prauitatis excommunicati & participes, vel socij criminis, ad testimonium admittantur: Prefer tim in probationum aliarum defectum, contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, si ex verisimilibus coiectionibus: & ex numero testium, aut personarum (tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur) qualitate, ac alijs circumstantijs, sic testificantes falsa non dicere presumantur.

Idem eisdem.

Ordinarij, vel eorū delegati, & Inquisitores sine pena excommunicationis facere habent executionem iurisdictionis contra hæreticos per habentes iurisdictionem seculari in loco: licet excommunicati sint, vel de facto tatum illam iurisdictionem possideant. hoc dicit. Domi.

C A P. VI.

† Eymer. 3. par. q. 101. vbi dicit.

**R**ESIDENTES † regimini alicuius regni, prouincia, siue loci (licet excommunicati vel de facto tatum, & non de iure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum vel delegatorum ipsorum, aut Inquisitorum hæreticæ prauitatis non valentium sine moræ dispendio, vel negotij periculo recur

sum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi) possunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitiam & suum officium exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententiam excommunicationis incurunt. Non tamen presidentibus prælibatis vel officialibus eorundem propterea in alijs casibus intelligatur concessum aliquid, vel permissum.

Idem eisdem.

**B** Excommunicatus, propter contumaciam non respondendi super hæresim, de qua erat suspectus, post annum damnatur vt hæreticus, hoc dicit. Domi.

C A P. VII.

**V**M † contumacia (in causa præsertim fidei) suspitioni præsumptionem adiungit vehementem, si suspectus de hæresi vocatus a vobis, vt de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus: quam si per annum animo sustineat pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnatur.

† Eymer. hac 2. pa. q. 47. & 3. par. q. 124. hunc tex. illustrat.

Idem eisdem.

Abiurans in iudicio hæresim propter vehementem præsumptionem: si iterato labitur (licet non fuisset probatum plene) relapsus dicitur: secus si leuis erat præsumptio. hoc dicit vsque ad §. Eum vero. Dominicus.

C A P. VIII.

**A**CCVSATVS † de hæresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hæresim in iudicio abiurauit & postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam, hæresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit (quamquam ex hoc sit grauius puniendus) non tamen debet in hæresim relapsorum pena puniri.

† Concordat. Urbani III. Rescriptum in cap. Consul-tus, infra possum, & vide Eymericum hac 2. par. q. 49. vbi dicit.

Culpabilis in uno articulo hæresis, generaliter postea abiurando relapsus dicitur, si committit etiam in alium articulum separatim. hoc dicit. Domi.

**E**um vero qui in una hæresis specie, vel secta commisit, aut in vno fidei articulo, seu Ecclesie sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit: si extunc in alia etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus vt relapsus in hæresim iudicari.

Qui post abiurationem hæresis, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur factio vel verbo, hæreticis communicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. hoc dicit. Domi.

Ille quoque, de cuius lapsu in hæresim ante abiuratio-

abiuratione constiterat, vel nunc; constat, si post illam hareticos receperit, deducat, uisitet, siue a societ, aut dona vel munera eis donet, vel mittat seu fauorem eis impendat, qui exulari non possit etiam sine adoratione ( ut verbis vestris utamur ) merito debet iudicari relapsus, cum illum ex approbata & prius erroris consequentia, non sit dubium id fecisse.

*Testis in causa heresis, falsum deponens, licet per iurum sit, probat dicendo contrarium: dicit tamen ex indicij consuetudine non corruptionem, sed veritatem continere. hoc dicit.*

† Eym. 3. pa. q. 65. & seq.

Licet vero periurum testimonio, etiam post penitentiam repellatur: si tamen ijs, qui coram Inquisitoribus iurantes, tam de se, quam de alijs super factis heresis dicere veritatem, eam celando decierent, & postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alios suos complices deponendo: cum crimine huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicij apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione peccunie, sed zelo fidei orthodoxa dictum suum velle corrigere ac modo (que prius tacuerant) reuelare in fauore fidei (nisi aliud obstat) stari debet tam contra se quam contra reliquos attestacionibus eorundem.

*Inquisitores super heresi deputati, non se intromittant de diuinationibus vel sortilegijs non sapientibus heresim manifestam. hoc dicit. Domi.*

† De hac materia copiose Eym. 2. pa. q. 42. & 43.

Sane cum negotium fidei (quod summè priuilegiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri: pestis Inquisitores hereticæ a sede Apostolica deputati, de diuinationibus, aut sortilegijs (nisi heresim saperent manifestam) intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos.

*Inquisitores heresis, de questionibus vsurarum se intromittere non possunt. hoc dicit.*

† Vide infra referentiu. Verba III. Cōsules, ver. in quo queritur & reper. ver. vsura. §. circa istam.

De questionibus præterea vsurarum motis, etiam contra illos, quibus restitutionem vsurarum in penitentia pro heresis crimine iniunxerunt, ac illi se, & sua ad hoc faciendum in iudicio Ecclesiæ obligauerunt, intromittere se non possunt: ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur.

*Inquisitores possunt compellere heredes fautorum hereticorum (qui tamen heretici non erant) ad implendam penitentiam iniustam, in bonis temporalibus: secus si mortui sint, antequam fuerit penitentia iniuncta. hoc dicit. Domi.*

† Eym. 3. pa. q. 120. Zich. de heret. ca. 38. nu. 5. 6. 7.

Si uero pro ijs, quæ in heresi receptando vel defendendo hereticos, seu eis fauendo, non tam è existens hereticus, quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendam ab eis penitentiam, & complendam: & ea licet iniuncta, non tamen peracta decessit, si per huiusmodi penitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum: ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent heredes vel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi uenerunt. Porro si propter huiusmodi hereticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam penitentiam, quam Inquisi-

tores ipsi iniungere uellent, bona sua obligauerit eisdem: & antequam ei penitentia iniungeretur decessit: eius hereditibus non est satisfactio pro extincto tam crimine iniungenda.

*Post mortem heretici, declarari potest eum hereticum fuisse ad finem bona eius confiscandi. Domi.*

In eorum casu, quo heredes ad successionem non debent ob heresim sui auctoris admitti: non obstante, quod auctore ipso uiuente, hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiam declaratum: ad confiscacionem bonorum post mortem eiusdem nihilominus procedatur.

*Clerici instruendos testes, ne Inquisitores ueritatem inuestigant, puniri possunt per eos, & religiosi grauius puniuntur. hoc dicit. Domi.*

Sacerdotes in super & alij clerici, qui negotium Inquisitionis instruendo citatos hereticos, uel eorum credentes, de celanda ueritate, uel dicenda falsitate, seu eos indebitè liberando, inuenti fuerint impedire: (cum non sit dubium, eos ipsa facere in fauorem hereticæ prauitatis) per inquisitores a talibus compesci possunt, & pena debita castigari, tam per captionem personarum, quam alias, prout eorum ipse exegerit delinquentis. Keligio si etiam sunt immutationis pena uel alia grauius puniendi quam sæculares: si inuenti fuerint in heresi, uel consimilibus deliquisse.

Urbanus. IIII.

*Non ualent statuta, per que Inquisitoris heresis officium impeditur, uel retardatur.*

C A P. I X.

**S**TATUTUM civitatis, castri, uille uel alterius loci, per quod negotium Inquisitionis hereticæ prauitatis directe uel indirecte (ne in eo libere procedi ualeat) cōtingerit impediri, uel quomodolibet retardari, nullius extiterit firmitatis, ipsiusque ciuitatis, uel loci dominum potestatem, capitaneum, cōsules, uel rectores per quem uel quos, eadem ciuitas seu locus regitur, quocumq; nomine censentur, ad statutum huiusmodi loci decessano, uel eius vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitoribus, labis præfata, sine moræ dispendio exhibendus: & si tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, uel saltem eatenus moderandum quod per illud Inquisitionis processus non impediatur, uel aliquatenus retardentur, per censuram Ecclesiasticam decernimus compellendos.

Clemens IIII. Inquisitoribus hereticæ prauitatis.

*Officium Inquisitoris heresis, morte concedentis non expirat, etiam quo ad negotia prius non cepta, uel exorta. hoc dicit.*

C A P. X.

**N**E aliqui dubitatione sollicitate excitantes, indubiū reuocet, an officium Inquisitionis hereticæ prauitatis, sollicitudini uestræ intra